Via Crucis,165.1. Indulgencia Plenaria,166 1.Se encarga,166.2.
Vidas de Santos.Sus libros han convertido à muchos, 320. 2.ſig.
Vida media Imperfecta,393.1.
Vida moral. Breviſsima,465. 1.ſig. Sueño 12.2.
Vida eſpiritual. Què coſas ayudan para ella? 489.2.488.2.
Virtuoſos. No ay que admirar que [illegible]an,&c. 57. 2. ſig.
Virtud. No debe dexarſe, porque algunos la fingen, 21. 2. Què coſa es? 351. 2. Su diviſion. *Ibid.* No pierde, porque algunas almas ſalgan engañadas, 408. 2.
[illegible] Cardinalis Lo poco que te has [illegible]ercitado en ellas,252.1.ſig.
Virtudes en comun, y en particular ſe explican,352.2.ſig.Su practica es lo ſeguro, 422.2. En ella eſtàn cortas algunas almas,391.2.ſig.
Virtudes ſolidas, poco practicadas, 393.1.ſig.
Viſible. Nos ha de guiar à lo inviſible, 319. 1.
Viſiones.Sus generos,y en quales ſe puede introducir el demonio, 419.1.505.1.
Viſiones,y Revelaciones verdaderas.Sus efectos,481.1.ſig.
Viſtas para el Matrimonio eſpiritual, 448. 1.
Vnion con Dios. Como llegaràs à ella? 236. 2. Vide *Via Vnitiva*, 500. 2. ſig.
Volar à Dios Se enſeña, 398.2. ſig. 457. 1.
Voluntad propria en los ayunos,&c 4. 1.Nueſtra ruina, 242.2.
Voluntad Divina. Quanto te has apartado de ella? 236.2.
Votos inconſiderados en tiempo de fervores, 26. 1.Vid. *Obras.* Votos vtiles, *lib.5.cap 6. num.68. & 69.*
Votos de obediencia à los Directores. Se pienſen mucho, 282. 1. 300. 2. ſig.
Vrbanidad. Vide *Politica.*
Vſuras en eſpirituales.Mas eſcandaloſas, 86. 2.
Vulneraciõ Divina.Se explica 507.1.

Z

ZElo indiſcreto del bien del proximo, 40.1.ſig. 501.1.
Zelo ſanto. Quan tibio en ti, 234, 2.Sus propiedades,279.1.
Zelo falſo. Vide *Venganças.*

LAUS DEO.

LIBROS, Y PROPOSICIONES, QVE SE HAN CONDENADO EN ROMA, dia 8. de Setiembre de eſte año 1713. conforme al Decreto Apoſtolico ſiguiente.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſti fidelibus ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Vnigenitus Dei Filius,&c :: Nos verè divinis monitis inſtructi,vbi primum, non ſine intima cordis noſtri amaritudine,accepimus,librum quendam Gallico Idiomate olim impreſſum, & in plures Tomos diſtributum, ſub titulo: *Le nouveau Teſtament en Francois, avec des reflexions morales ſur chaque verſet, &c. A Paris* 1699 Aliter verò: *Abbrrege de la morale de l' Evangile, des Actes des Apoſtres, des Epiſtres de S. Paul, des Epiſtres Canoniques, è de l' Apocalypſe ou Penſees Chretiennes ſur le Texte des ces Liures Sacrez, &c. A Paris* 1693. & 1694. Tametſi alias à nobis damnatum, ac revera catholicis veritatibus pravarum doctrinarum mendacia multifariam permiſcētem,adhuc tamen tanquam ab omni errore immunem,à pluribus haberi Chriſti fidelium manibus paſsim obtrudi,ac nonnullorum nova ſemper tentantium cōſilio,& opera ſtudioſe nimis quaquaverſum diſſeminari,etiam Latinè redditum, vt pernitioſę inſtitutiones contagium,ſi fieri poſsit,pertranſeat de gente in gentem,& de Regno,ad populum alterum:verſutis huiuſmodi ſeductionibus,atque fallacijs,creditum Nobis Dominicum Gregem in viam perditionis ſenſim abduci ſummopere doluimus;adeoque Paſtoralis non minus curę noſtræ ſtimulis,quā frequentibus Orthodoxæ Fidei Zelatorum querelis, maximè verò complurium Venerabilium Fratrum,præſertim Galliæ Epiſcoporum, litteris, ac precibus excitati, gliſcenti morbo, qui etiam aliquando poſſet in deteriora quæque proruere, validiori aliquo remedio obviam ire decrevimus.

Et quidem ad ipſam ingruentis mali cauſam,providæ noſtræ conſiderationis intuitum convertentes, perſpicuè novimus ſummam hujuſmodi libri perniciem ideò potiſsimum progredi,& invaleſcere,quod eamdē intus lateat, & velut improba ſanies,nonniſi ſecto vlcere foras erumpat;cum liber ipſe primo aſpectu legentes ſpecie quadam pietatis illiciat; molliti enim ſunt ſermones ejus ſuper oleum:ſed ipſi ſunt jacula,& quidem intento arcu ita ad nocendum parata, vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Nihil propterea opportunius, aut ſalubrius præſtari à Nobis poſſe arbitrati ſumus,quā ſi fallacem libri doctrinā,generatim ſolummodo à Nobis hactenus indicatā,pluribus ſingillatim ex eo excerptis propoſitionibus,diſtinctius,& apertius explicaremus, atque vniverſis Chriſti fidelibus noxia zizaniorū ſemina è medio tritici,quo tegebātur,educta,velut ob oculos exponeremus.Ita nimirum denudatis,& quaſi in propatulo poſitis, non vno quidem,aut altero,ſed plurimis,graviſsimiſque tum pridem damnatis,tum etiam novè adinventis erroribus,planè confidimus,benedicente Domino,forè vt omnes tandem apertæ jam, manifeſtæque veritati cedere compellantur.

Id ipſum maximè è re catholica futurū,& ſedandis præſertim in florentiſsimo Galliæ Regno exortis ingeniorū variè opinantium,jamque in acerbiores ſciſſu-

ras protendentium diſsidijs apprime proficum: conſcientiarum denique tranquilitati perutile, & propemodum neceſſarium, non modo præfati Epiſcopi, ſed & ipſe in primis chariſsimus in Chriſto filius noſter Ludovicus Frãcorum Rex Chriſtianiſsmus, cujus eximiũ in tuenda Catholicę Fidei puritate extirpandiſque erroribus zelum ſatis laudare non poſſumus, ſæpius Nobis eſt conteſtatus; repetitis propterea verè pijs, & Chriſtianiſsimo Rege dignis Officijs, atque ardentibus votis à Nobis efflagitans, vt inſtanti animarum neceſsitatis, prolata quantocius Apoſtolici cenſura judicij conſuleremus.

Hinc adſpirante Domino eiuſque cęleſti ope confiſi, ſalutare opus ſedulò, diligẽterque, vt rei magnitudo poſtulabat, aggreſsis ſumus; ac plurimas ex prędicto libro iuxta ſuprà recenſitas reſpectivè editiones fideliter extractas, & tũ Galico, tum Latino Idiomate expreſſas Propoſitiones à compluribus in Sacra Theologia Magiſtris, primo quidem coram duobus ex Venerabilibus Fratribus noſtris Sãctę Romanę Eccleſiæ Cardinalibus accurarè diſcuti: deinde verò coram Nobis, adhibito etiam aliorum plurium Cardinalium conſilio, quàm maxima diligentia, ac maturitate, ſingularum inſuper Propoſitionum cum ipſomet libri Textu exactiſsimè facta collatione, pluries iteratis Congregationibus expendi, & examinari mandavimus. Hujuſmodi autem Propoſitiones ſunt, quæ ſequuntur videlicet.

1 QVid aliud remanet animę, quæ Deum atque ipſius gratiam amiſit, niſi peccatum, & peccati conſecutiones, ſuperba paupertas, & ſegnis indigentia; hoc eſt generalis impotẽtia ad laborem; ad orationem, & ad omne opus bonum?

2 Jeſu-Chriſti gratia, principium efficax boni cujuſcũque generis, neceſſaria eſt ad omne opus bonũ; abſque illa nõ ſolum nihil fit, ſed nec fieri poteſt.

3 In vanum Domine præcipis, ſi tu ſe non das quod præcipis.

ei, ... Ita Domine; omnia poſsibilia ſunt operan... omnia poſsibilia facis, eadem ... in illo.

5 Quand... Deus non emollit cor per interiorem v...ionẽ gratiæ ſuæ; exhortationes & gratię ...xteriores non inſerviunt, niſi ad illud m...gis obdurandum.

6 Diſcrimen inter f...dus Iudaicum, & Chriſtianum eſt, quod in illo Deus ...igit fugam peccati, & implementum legis à peccatore, relinquendo illum in ſua impotentia: in iſto verò, Deus peccatori dat, quod iubet, illum ſua gratia purificando.

7 Quæ vtilitas pro homine in veteri fœdere, in quo Deus i...um reliquit eius propriæ infirmitati, imponendo ipſi ſuam legem? Quę verò felicitas non eſt admittit ad fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit à nobis?

8 Nos non pertinemus ad novum fœdus, niſi in quantũ participes ſumus ipſius novę gratiæ, quę operatur in nobis id, quod Deus nobis præcipit.

9 Gratia Chriſti eſt gratia ſuprema, ſine qua Confiteri Chriſtum numquam poſſumus, & cum qua numquam illum abnegamus.

10 Gratia eſt operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedit poteſt, aut retardare.

11 Gratia non eſt aliud, quam voluntas Omnipotentis Dei, jubentis, &

12 Quando Deus vult ſalvare animam, quocumque tempore, quocumque loco effectus indubitabilis ſequitur voluntatem Dei.

13 Quando Deus vult animam ſalvam facere, & eam tangit interioris gratiæ ſuæ manu, nulla voluntas humana ei reſiſtit.

14 Quantumcumque remotus à ſalute ſit peccator obſtinatus, quando Ieſus ſe ei videndum exhibet lumine ſalutari ſuę gratię, oportet vt ſe dedat, accurrat ſeſe humiliet, & adoret ſalvatorẽ ſuum.

15 Quando Deus mandatum ſuum, & ſuam ęternam locutionem commitatur vnctione ſui ſpiritus, & interiori vi gratiæ ſuæ, operatur illa in corde obedientiam, quam petit.

16 Nullæ ſunt illecebrę, quę non cedaut illecebris gratiæ, quia nihil reſiſtit Omnipotenti.

17 Gratia eſt vox illa Patris, quæ homines interius docet, ac eos venire facit ad Ieſum Chriſtum; quicumque ad eum non venit, poſt quam audivit vocem exteriorem filij, nullatenus eſt doctus à Patre.

18 Semen verbi, quod manus Dei irrigat, ſemper affert fructum ſuum.

19 Dei gratia nihil aliud eſt, quam eius Omnipotens voluntas: hæc eſt idea quam Deus ipſe nobis tradit in omnibus ſuis ſcripturis.

20 Vera gratiæ idea eſt, quod Deus vult ſibi à nobis obediri, & obeditur; imperat, & omnia fiunt; loquitur tãquã Dominus, & omnia ſibi ſummiſſa ſunt.

21 Gratia Ieſu-Chriſti eſt gratia fortis, potens, ſuprema, invincibilis, vtpotè quæ eſt operario voluntatis Omnipotẽtis, ſequela, & imitatio operationis Dei incarnantis, & reſuſcitantis Filiũ ſuum.

22 Concordia Omnipotentis operationis Dei in corde hominis, cum libero ipſius voluntatis conſenſu, demonſtratur illicò nobis in Incarnatione, veluti in fonte, atque archetypo omniũ aliarum operationum miſericordię, & gratiæ: quæ omnes ita gratuitæ, atque ita dependentes à Deo ſunt, ſicut ipſa originalis operatio.

23 Deus ipſe nobis ideam tradidit Omnipotentis operationis ſuę gratię; eam ſignificans per illam, quà creaturas è nihilo producit, & mortuis reddit vitam.

24 Iuſta idea, quam Centurio habet ne Omnipotentia Dei, & Ieſu Chriſti, in ſanandis corporibus ſolo motu ſuæ voluntatis, eſt imago ideę, quæ haberi debet de Omnipotentia ſuæ gratiæ in ſanandis animabus à cupiditate.

25 Deus illuminat animam, & eam ſanat ęque ac corpus, ſola ſua voluntate; iubet, & ipſi obtemperatur.

26 Nullæ dantur gratiæ, niſi per fidẽ.

27 Fides eſt prima gratia, & fons omnium aliarum.

28 Prima gratia, quam Deus concedit peccatori eſt peccatorum remiſsio.

29 Extra Eccleſiam nulla conceditur gratia.

30 Omnes, quos Deus vult ſalvare per Chriſtum, ſalvantur infallibiliter.

31 Deſideria Chriſti ſemper habent ſuum effectum, pacem intimo c... infert, quando eis illam opta... tradidit

32 Ieſus Criſtus ſe m...uo ſanguine ad liberandum pro ſem... electos, de manu primogenitos, id e... nu Angeli extermi...atoris.

33 Proh quan...um oportet bonis terrenis, & ſibi metipſi renunciaſſe, ad hoc vt quis fiduciam habeat ſibi, vt ita d...

...am, appropriandi Chriſtum Jeſum; ...ius amorem, mortem, & myſteria, vt facit Sanctus Paulus, dicens, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.

34 Gratia Adami non producebat, niſi merita humana.

35 Gratia Adami eſt ſequela creationis, & erat debita naturæ ſanæ, & integræ.

36 Differentia eſſentialis inter gratiam Adami, & ſtatus innocentiæ, ac gratiam Chriſtianam eſt, quod primam vnuſquiſque in propria perſona recepiſſet: iſta verò non recipitur, niſi in perſona Ieſu Chriſti reſuſcitati, cui nos vniti ſumus.

37 Gratia Adami, ſanctificando illum in ſemetipſo, erat illi proportionata: Gratia chriſtiana nos ſanctificando in Ieſu Chriſto, eſt omnipotens, & digna Filio Dei.

38 Peccator non eſt liber, niſi ad malum, ſine gratia liberatoris.

39 Voluntas, quam gratia non prævenit nihil habet luminis, niſi ad aberrandū, ardoris, niſi ad ſe præcipitandum; virium, niſi ad ſe vulnerandum; eſt capax omnis mali, & incapax ad omne bonum.

40 Sine gratia nihil amare poſſumus, niſi ad noſtram condemnationem.

41 Omnis cognitio Dei, etiam nanon, etiam in Philoſophis Ethnicis gratia, ... venire, niſi à Deo, & ſine ...nem, vana producit, niſi præſumptio... ipſum Deum..., & oppoſitionem ad ...tionis, gratitudi...co effectuum adora... & amoris.

42 Sola gratia Chriſti reddit hominem aptum ad ſacrificium fidei; ſine hoc nihil, niſi impuritas, nihil, ...ſi indignitas.

...git ...

43 Primus effectus gratiæ baptiſmalis eſt facere, vt moriamur peccato; adeo vt ſpiritus, cor, ſenſus non habeāt plus vitę pro peccato, quàm homo mortuus habeat pro rebus Mundi.

44 Non ſunt, niſi duo amores, vndè volitiones, & actiones omnes noſtræ naſcuntur, Amor Dei, qui omnia agit propter Deum quemque Deus remuneratur; & amor, quo nos ipſos, ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum eſt, non refert, & propter hoc ipſum fit malus.

45 Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, neceſſe eſt, vt in eo carnalis regnet cupiditas, omneſque actiones ejus corrumpat.

46 Cupiditas, aut charitas, vſum ſenſuum bonum, vel malum faciunt.

47 Obedientia legis profluere debet ex fonte, & hic fons eſt charitas. Quando Dei amor eſt illius principium interius, & Dei gloria eius finis, tunc purum eſt, quod apparet exterius; alioquin nō eſt, niſi hypocriſis, aut falſa juſtitia.

48 Quid aliud eſſe poſſumus niſi tenebræ, niſi aberratio, & niſi peccatum, ſine fidei lumine, ſine Chriſto, & ſine Charitate?

49 Vt nullum peccatum eſt ſine amore noſtri, ita nullum eſt opus bonum ſine amore Dei.

50 Fruſtra clamamus ad Deum, Pater mi: ſi ſpiritus charitatis non eſt ille, qui clamat.

51 Fides juſtificat, quando operatur; ſed ipſa nō operatur, niſi per charitatē.

52 Omnia alia ſalutis media continentur in fide, tanquam in ſuo germine, & ſemine; ſed hæc fides non eſt abſque amore & fiducia.

53 Sola charitas chriſtiano modo facit (actiones Chriſtinaas) per relationem ad Deum, & Ieſum Chriſtum.

54 Sola charitas eſt, quæ Deo loquitur, eam ſolam Deus audit.

55 Deus non coronat, niſi charitatem; qui currit ex alio impulſo, & ex alio motivo, in vanum currit.

56 Deus non remunerat niſi charitatem, quoniam charitas ſola Deum honorat.

57 Totum deeſt peccatori, quando ei deeſte ſpes, & non eſt ſpes in Deo, vbi non eſt amor Dei.

58 Nec Deus eſt, nec religio, vbi non eſt charitas.

59 Oratio impiorum eſt novum peccatum, & quod Deus illis concedit, eſt novum in eos judicium.

60 Si ſolus ſuplicij timor animat pænitentiam, quod hæc eſt magis violenta, eo magis ducit ad deſperationem.

61 Timor non niſi manum cohiber, cor autem tandiu peccato addicitur, quandiu ab amore juſtitiæ nō ducitur.

62 Qui à malo non abſtinet, niſi timore pœnæ, illud committit in corde ſuo, & jam eſt reus coram Deo.

63 Baptizatus adhuc eſt ſub lege, ſicut Iudæus, ſi legem non adimpleat, aut adimpleat ex ſolo timore.

64 Sub maledicto legis, numquam fit bonum, quia peccatur ſive faciendo malum, ſive illud non niſi ob timorem evitando.

65 Moyſes, Prophetæ, Sacerdotes, & Doctores legis mortui ſunt, abſque eo, quod vllum Deo dederint filium, cum non effecerint niſi mācipia per timorē.

66 Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipſum venire cum brutalibus paſſionibus, nec adduci per inſtinctum naturalem, aut per timorem, ſicuti beſtiæ, ſed per fidem, & per amorem ... filij.

67 Timor ſervilis non ſibi repræſentat Deum, niſi vt dominum durum, imperioſum injuſtum, intractabilem.

68 Dei bonitas abbreviavit viam ſalutis claudendo totū in fide & precibus.

69 Fides, vſus, augmentum, & præmium fidei, totum eſt donum puræ liberalitatis Dei.

70 Numquam Deus affligit innocentes, & afflictionis ſemper ſerviunt, vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.

71 Homo ob ſui conſervationem ...teſt ſeſe diſpenſare ab ea lege, quam Deus condidit proter ejus vtilitatem.

72 Nota Eccleſiæ Chriſtianæ quod ſit Catolica, comprehenden... omnes Angelos Cęli, & omnes Elec... & juſtos terrę, & omnium ſæculorum.

73 Quid eſt Eccleſia, niſi cætus filiorum Dei manentium in ejus ſinu, adoptatorum in Chriſto, ſubſiſtentium in ejus Perſona, redemptorum ejus Sanguine, viventium ejus Spiritu, agentium per ejus gratiam, & expectantium gratiam futuri ſæculi.

74 Eccleſia, ſive integer Chriſtus incarnatum Verbum habet vt Caput omnes verò Sanctos, vt membra.

75 Eccleſia eſt vnus ſolus homo compoſitus ex pluribus membris, quorum Chriſtus eſt Caput; vita, ... tia, & Perſona; vnus ſolus ... qui compoſitus ex pluribus ... rum eſt ſanctificator.

76 Nihil ſpatio... us Eccleſia Dei, quia omnes electi & juſti omnium ſæculorum illam componunt.

77 Qui non ducit vitam dignam ... lio Dei, & membro Chriſti ceſſat ...

... habere Deum pro Patre, & Chriſtum pro capite.

78 Sep... atur quis à Populo electo, cujus figura fuit Populus Iudaicus, & Caput eſt Ieſus-Crhiſtus, tam non vivendo ſecundùm Evangelium, quam non credendo Evangelio.

79 Vtile, & neceſſarium eſt omni tēpore, omni loco, & omni perſonarum generi ſtudere, & cognoſcere ſpritum, pietatem, & myſteria Sacræ Scripturæ.

80 Lectio Sacræ Scripturæ eſt pro ... mnibus.

81 Obſcuritas Sancta Verbi Dei ... eſt laicis ratio diſpenſandi ſe ipſos ... jus lectione.

82 Dies Dominicus à Chriſtianis ... t ſanctificari lectionibus pietatis, ... er omnia Sanctarum Scripturarum. Damnoſum eſt velle Chriſtianum ... hac lectione retrahere.

83 Eſt illuſio ſibi perſuadere quod notitia myſteriorum Religionis nō debeat communicari fœminis, lectione ſacrorum librorum. Non ex fœminarum ſimplicitate, ſed ex ſuperba virorum ſcientia, ortus eſt Scripturarum abuſus, & natæ ſunt hæreſes.

84 Abripere è Chriſtianorum manibus novum Teſtamentum, ſeu eis illud clauſum tenere, auferendo eis modum illud intelligendi, eſt illis Chriſti os obturare.

8... , va... erdicere Chriſtianis lectio- ... Deu ... ipturæ, præſertim Evan- ... facere ... re vſum luminis filijs ... patiantur ſpeciem ... m excommunicationis.

86 Eripere ſimplici populo hoc ſo-latium, iungendi vocem ſuam voci totius Eccleſiæ, eſt vſus contrarius praxi ... & intentioni Dei.

87 Modus plenus ſapientia, lumine, & charitate, eſt dare animabus tempus portandi cum humilitate, & ſentiendi ſtatum peccati, petendi ſpiritum pœnitentiæ, & contritionis, & incipiendi, ad minus, ſatisfacere juſtitiæ Dei antequàm reconcilientur.

88 Ignoramus quid ſit peccatum, & vera pœnitentia, quando volumus ſtatim reſtitui poſſeſsioni bonorum illorum, quibus nos peccatum ſpoliavit, & detrectamus ſeparationis iſtius ferre confuſionem.

89 Quartus decimus gradus converſionis peccatoris eſt, quod, cum ſit iam reconciliatus, habet jus aſsiſtendi ſacrificio Eccleſiæ.

90 Eccleſia authoritatem excommunicandi habet, vt eam exerceat per primos Paſtores de conſenſu, ſaltem præſumpto, totius corporis.

91 Excommunicationis injuſtæ metus, numquam debet nos impedire ab implendo debito noſtro: numquam eximus ab Eccleſia, etiam quando hominum nequitia videmur ab ea expulſi, quando Deo Ieſu Chriſto, atque ipſi Eccleſiæ per charitatem affixi ſumus.

92 Pati potius in pace excommunicationem, & anathema iniuſtum, quam prodere veritatem, eſt imitari Sanctum Paulum: tantum abeſt, vt ſit erigere ſe contra Auctoritatem, aut ſcindere vnitatem.

93 Ieſus quandoque ſanat vulnera, quæ præceps Primorum Paſtorum feſtinatio infligit, ſine ipſius mandato: Ieſus reſtituit, quod ipſi inconſiderato zelo reſcindunt.

94 Nihil pejorem de Eccleſia opinionem ingerit ejus inimicis, quàm videre illic dominatum exerceri ſupra fidem ...

... prelium, & fover... viſiones prop... que nec fide... t nec mores.

... Veritates eo devenerunt, vt ſint lingua quaſi peregrina pleriſque Chriſtianis, & modus eas prædicandi eſt veluti idioma incognitum: adeò remotus eſt à ſimplicitate Apoſtolorum, & ſupra communem captum fidelium. Ne... ſatis advertitur, quod hic defectus ... m ex ſignis maximè ſenſibilibus ... is Eccleſiæ, & iræ Dei in filios ...

... Deus permittit, vt omnes poteſ... s ſint contrariæ Prædicatoribus veritatis, vt ejus victoria attribui non poſ... t, niſi divinæ gratiæ.

97 Nimis ſæpè contingit membra illa, quæ magis ſanctè, ac magis ſtrictè vnita Eccleſiæ ſunt, reſpici, atque tractari tamquam indigna, vt ſint in Eccleſia, vel tamquam ab ea ſeparata; ſed juſtus vivit ex fide, & non ex opinione hominum.

98 Status perſecutionis, & pœnarum, quas quis tolerat, tamquam hæreticus, flagitioſus, & impius, vltima plerumque probatio eſt, & maximè meritoria, vtpotè, quæ facit hominem magis conformem Ieſu Chriſto.

99 Pervicacia, præventio, obſtinatio in nolendo, aut aliquid examinare aut ag... noſcere ſe t... e deceptum ... tidiè quoad mu... os in od... id, quod Deus in ... Eccleſia ... in ea eſſet odor vitæ, ... g. bonos libros, inſtructiones, ſancta ... mpla, &c.

100 Tempus deplora... quo creditur honorari Deus, perſequ... do veritatem ejſuque diſcipulos. ... advenit:: Haberi, & trac... pus ... gionis Miniſtris, tamquam ... ium, & indignum omni commerti... m Deo tamquam membrum putri..., capa... corrūpendi omnia in ſocie... ſanc... rum, eſt hominibus pijs mo... rpo... mors terribilior. Fruſtra qui bla... ditur de ſuarum intentione ... ritate & zelo quando Religiones, quen... do flamma, ferroque viros ... os, ... propria paſsione eſt eſtcæ ... abreptus aliena, propterea ... vult examinare. Frequenter ... ſacrificare Deo impium, & ſa... diabolo Dei ſervum.

101 Nihil ſpiritui Dei, & ... trinæ Ieſu-Chriſti magis opponitur quam communia facere juramenta in Eccleſia, quia hoc eſt multiplicare occaſiones pejerandi, laqueos tendere infirmis, & idiotis, & efficere vt nomen, & veritas Dei aliquando deſerviant con... impiorum.

Auditis itaque tum voce, tum ſcripto Nobis exhibitis prefato... piarum a... ſingulas aliorumque Theologorum ſuffragijs, divinique in primis lu... mi... injun... finem, publiciſque etiā indictis precibus, implorato præſidio; ... ſed Propoſitiones prȩinſertas, tamquam falſas, captioſas, malè ſo... offenſivas, ſcandaloſas, pernicioſas, temerarias, Eccleſiȩ, & e... neque in Eccleſiam ſolū, ſed etiam in Poteſtates ſæculi c... impias, blaſphemas, ſuſpectas de hȩreſi, ac hæreſim ipſam ſa... ticis & hȩreſibus, ac ... ſchiſmati faventes, erroneas, hære... ... natas, ac de ... iam hȩreticas, variaſque hȩreſes, & ... mpoſis Janſe... ... poſitionibus ... uidem in e...

im... habere D... eptis, conti ... eatur, manifeſtè inno vantes, ... ſivè hac noſtra ... ne;
...um pro capite Conſtitu...one declaramus, d...nnatus, & plenus ... bamus.
78 Sep... ...es om...us vtriuſque ſexus Chriſti ... de dictis Propoſ...
... ...e, prędicare aliter prę ſumant, quam in hac eadem Noſtra
Capitu... ...e con... ...turſita vt quicumque illas, vel illarum aliquam conjūctim,
vend... viſim doc... ...t, defenderit, ediderit aut de eis etiam diſputativè, publicè, a
non ... vatim ... ...averit niſi forſam impugnādo, Eccleſiaſticis cēſuris, alijſq̄ cōtra
79 ... ...rātes à jure ſtatutis pęnis ipſo facto, abſq. alia declaratione ſubja...
pòre, ... per expreſſam præfatarum Propoſitionū reprobationem ab...
generi ... ...n libro contenta nullatenus approbare intendimus, cum præſertim ... ſupra
pietatel ... ...aminis plures alias in eo deprehēderimus Propoſitiones ill... pau- ...
g... 80 ... ...unt conſimiles, & affines, iiſdēque erroribus imbutas ... & ... ferre
vi... ...ibus ... ſub ... nario quodā, veluti graſſantis hodie perſecutionis obtentu ...
ce 81 ... ...ervicaciam nutrientes, eaſque falſo Chriſtianæ patientiæ nomin...
in pe... eſt ... ...ica quas propterea ſingulatim recenſere ... nimis longū eſſe duximu...
nos ... jus ... ...ceſſarium; ac demum, quod intollerabilius eſt, ſacrum ipſum no...
382 ... ...textum damnabiliter viciatum compererimus, & alteri dudū re...
in ſe... t ſan... ... Gallicæ Montenſi in multis conformem: à vulgata vero editi...
Grati... ...alorū vſu in Eccleſia probata eſt, atque ab Orthodoxis omnibus
in leſ... ...er ... haberi debet, multipliciter diſcrepantē, & aberrantem, plurie...
dign... ...exoticos, ac ſæpè noxios ſenſus non ſine maxima perverſitatem dete...
... ...m propterea librum, vtpotè per dulces ſermones, & bendictiones
8... Ap... ...us loquitur, hoc eſt ſub falſa pię inſtitutionis imagine ſeducendis ...
nō... ...cordibus longè accōmmodatū, ſive p...miſſis, ſive alio quovis titulo ...
bea... ...vbicumque, & quocumque alio Idiomate, ſeu quavis editione, aut ver...
ſac... ...ctenus impreſſum, aut impoſterū (quod abſit) imprimendum, authori...
ru... ...lica tenore pręſentiū iterū prohibemus, hac ſimiliter damnamus; quem
... ...n etiam alios omnes, & ſingulos in ejus defenſionem tam ſcripto, qu...
abu... ...editos, ſeu forſan (quod Deus avertat) edendos libros; ſeu libellos ...
8... ...onem, deſcriptionem, retentionem, & vſum omnibus, & ſingulis Chri...
nib... ...ſibi pœna excommunicationis per contrafacientes ipſo facto incurre...
...u ... ...em. Anno ... pariter, & interdicimus:: Datum Romæ apud Sanctam Mariam
...od ... ...Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo ...
ſti os obt... ...dus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno decimotertio.
... ...ertaceere
...m, van... ...pturæ,
... Deſer... ...ere
... facere ... patiar.

I. Card. Prodatarius.

F. Oliverius.

... Sergardus.

... ...m excommuni...
86 Eripere ſimpli...
...atium, iungendi voce...
... Eccleſiæ, eſt vſus contra... ...
... & intentioni Dei.

...it.
...iorem ... pi-
bne... ...ejus in... ...via
... illic dominatum ex... ſupra fi-
...dem